

179. **CHRYSOPHYLLUM** alterum foliis obtusis, fere congener priori.
- Fructus* globosus, acuminatus, Ribefiorum rubrorum magnitudine, ruber. *Semen* magnum, globosum, firmum; an ideo distincta Genera?
180. **BOMBAX** caule subspinoso, parum ventricoso trunco, nec alta arbor, h. t. privata foliis & flore, fructus vero habuit copiosos. *Capsula* oblonga, pentagona, turbinata, quinquelocularis, quinquevalvis, ad angulos debilescens, dissepimentis ad Columnam coherentibus quinque. *Semina* plura, subrotunda, lana tenuissima sat copiosa, subfusca, pallida. *Valvulae* apertae, patentissimae. stelliformes & planae. *Calyx* in fructum basi excipit capsulam integerrimam, lineae longitudine.
- XX. 181. EPIDENDRUM** acaule, radice bulbofo-ovata; floribus cinereo fuscis &c.
- Radix* subbulbosa vel caulis ovatus, leviter rugosus, emittens radículas repentes super ramos, more congenerum.
- Caulis* brevis vel fere nullus, basi ovatus.
- Folia* duo, oblonga, dorso carinata.
- Scapus* erectus, dodrantalis, pedalis, teres.
- Flores* 3-4, terminales, alterni.
- XXVI. 182. HERMESIAS** a me dictum, vulgo Rosa de monte.
- Flores* sessiles, capitati: capitula ante explicationem ob bracteas conum pini sed mollem referunt, juxta basin ipsius folii adnata, subrotunda, post explicationem fasciculata, alterna, sessilia. *Bracteae* alternae, coloratae, convexae, oblongae, exteriores inferius subrotundae, concavae, membranaceae, obtusae, laxiusculae, singulae includunt singulos flores, ultimis exceptis subrotundis, quae includunt reliquas bracteas interiores, angustas, lineares. Omnes caducae sunt.
- CAL.** *Perianthium* duplex. *Inferius* monophyllum, tubulato-turbinatum, superne latius, laxum, ad $\frac{1}{4}$ part. bifidum: laciniis ovatis, erectis, concavis. *Superius* interiorisque tubo, spatio $\frac{1}{2}$ calycis exterioris, sursum latiore, paulo compresso, postea 5-phyllo: foliis oblongis, tertiam partem Calycis exterioris longitudine excedentibus,